Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

[Bern. Norius Chron. Bav. de Theodoaldo: Anno Domini DLVI, Theodoaldus Dux Babarie expulit de Italia omnes Gothos sub Justiniano Imperatore. Anno Domini DLXVII. Quidam Garibaldus Ducatum Bavarie occupavit. Ubi sane per Theodoaldum aut ipsum Theodonem, de quo Agathias, aut ejus filium Theodoaldum intellexisse videtur.

[Waldotradam Theobaldi Austrasiæ Regis viduam fuisse Gregorio Turonens. Hist. l. 4, c. 9.

[Cuiensem ecclesiam et cum ea magnam Athesinæ regionis partem, totam nempe vallem Venustiam tenuit S. Valentinianus Episcopus: qui Cœnobium S. Lucii prope Curiam condidit, obiitque anno 548. Ejus epitaphium apud Gulenum Pat. l. 5, tale est.

SCE M EPCS
Hoc iacit in tomolo quem deflet Retia tellus
Maxima summorum gloria pontificum
Abiectis qui fudit opes. nuda tagve teris
Agmina captivis praemia larga ferens
Est pietas vuina polo nec fr~~aeis~~ neris ictum
Sentit. ovans factis qui petit astra bonis
His polens titulis Valentia ne Sacerdos
Credens a cunctis non potuit ipse mori. Qui vixit in hoc sæc. ann. pls. mn. LXX. dps. sub D. II idian Sept. Dcs. Basin ccs. ind. XI. Paulinus ne nos ipsos haec fieri ordinavit.

... Consorpos hac sententia offensos, atque ad schisma pronos esse; eandem suspendit, deque tota quæstione usque ad futurum Concilium generale stendum esse, decevit. Vid. Baronius Annal. ad an. 546 et segg. cum Cath. Pagi.

Bojum fuisse, non exprimat. Quod quidem verosimillimum est propter temporis congruentiam, et nominum consonantiam, et Thassilonis I, ut dixi, consanguinitatem ac successionem. Unicum, ex quod Brunnerus contrarium certum esse putat, est nomen Varni: quod tamen cum non in omnibus Agathiæ editionibus legatur, ~~etiam sit~~ tam parum impedimenti facit quam fundamenti. [Porro Utilonem clientelam Francicam reperisse, vidimus Add. 47. Theodonem vero aliquam ex hæreditatis partem obtinuisse quis dubitet? quam illam? australem nempe sen alpestrem Boiam: secus non in Justiniani Imp. sed Regum Francia castris militasset.

49) Theodoricus Franciæ vel Austrasiæ sive Burgundiæ Rex Bojis leges tulerat, moribus christianis valde conformes ante annum 534: unde prorum est credere, Bojos se religioni suorum Protectorum successive conformasse. Garibaldus Utilonis filius et conjugem habuit catholicam, et filiam educavit ~~in~~ omni virtute præstantem Theodolindam. Theodonem autem Italia propior~~em~~ em, imo in Italia in exercitu catholico catholici Principis militantem, catholicum esse factum, ~~proximum vero~~ indubium est. Eo tempore [

50) Exstat edictum hoc apud Baronium Annal. ad an. 546 § 11. Causa et occasio hujus damnationis hæc fuerat. Theodorus Mopsuestiæ Episcopus obiitan. 429. Is vir ~~fer~~ eruditissimus et hæreticorum zelosissimus impugnator. Denum ~~el~~ finis vitæ annis favit hæreticis, præcipue Pelagianis, et Nestorii hæresiarchæ magister fuit; scripsitque aliqua celebre hæretica. Ibas Edessæ Syriæ Episcopus, posthac scripsit epistolam ad Marim, qua et Theodorum et Nestorium ~~de~~ laudat. Theodoretus Cyrensis in Syria Episcopus, scripsit contra XII anathematismos Cyrilli Alexandrini, eosque adpreces Nestorii alios approbavit. Hi duo, ~~postquam sed~~ 3 bazet Theodoretus ~~obiecunt~~ Concilio Chalcedonensi œcumenico celebrato anno 451 interfuerunt; in eoque ~~scripta fu~~ Nestorio ~~m~~ dixerunt anathema. Idem ergo Concilium hos duos non damnavit, neque eorum scripta, utpote a suis auctoribus implicite jam revocata. At Theodori Mopsuesteni scripta hæretica damnavit; personam non item. Anno autem 544 Justinianus Imp. hortatu Theodori Cæsareensis in Cappadocia Episcopi secta Acephali, sub spe Acephalos Ecclesiæ Catholicæ aggregandi, damnavit tria illa scripta. Anno 548 Vigilius Papa in Concilio Synodo LXX Episcoporum Constantinopoli celebrata damnavit tria Capitula. Justinianus vero eadem denuo ~~damnavit~~ anno 551 damnavit, ~~sed ipse et~~

51) ~~Sale et soli Pontifici proprio~~. Vigilius Papa, ~~nol~~ quasi se inconsulto nova damnatio fuisset edita, tum quod contra decretum suum suspensivum damnatio